78 N 11 [92]

46.

OBITUM
VIRI
PRAECELLENTISSIMI ATQUE CLARISSIMI
HENRICI CAROLI SCHÜTZII
ATHENAEI WERNIGERODANI DIRECTORIS

DEPLORANT

EIUSDEM ATHENAEI PRAECEPTORES.

WERNIGERODAE, cIↄIↄccLXXXI.

UNIV.- U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Kapsel 78 N 11 [92]
AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-726612-p0001-0
DFG

O triſte fatum, candida quod rapis
Oris ab imis pectora, *SCHÜTZII*
Nec praeterit poſtes tuus pes,
Dextra nec aenea parcit illi.

Luge ſenatus! fle ſchola! ciuitas
Plora! iuuentus ah! cane naenias,
Templo cui noſtro ſacrato
Iubila conſonuere et hymni.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-726612-p0002-6

Frangit ſua vi corporis atra ſors
Artus aënos, rumpit et illico
Leges quietis, quam parauit
Dexteritate fideque rara.

At pectus album non ſuperas ſuum
Letoque conſtans, aërias domos,
Feliciores occupauit
SCHÜTZIUS optimus atque ſedes.

Feſtum triumphum! mentis et hoſtibus
Fuſis dolorum et corporis impetu,
Terris volat caelos in altos
Splendidus et ſpoliis decorus.

Circumdat ipſum copia caelitum
Et ciuitatis fit ſocius poli:
Carpit virentes dextra palmas
Stelliferis ouat et coronis.

O care fili, digne tuo patre!
O vos propinqui! quid lacrimae ruunt?
Delet manus vobis beata,
Claraque fama relicta delet.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-726612-p0003-1

X 3054075 VD18

Per luſtra nomen quod peperit decem
Doctoris amplum, non timet inuidos,
Ars aureo ſculpit ſtilo illud
Marmoreis ſtatuis perenne:

Per aeua ſtabunt: poſteritas leget,
Tollent nepotes, *SCHÜTZIUS* integer
Magnum iuuentutis ſcholaeque
Quod fuerit decus atque fulcrum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-726612-p0004-7

78 N 11 [92]

46.

…BITUM

VIRI

…LLENTISSIMI ATQUE

…LARISSIMI

…ICI CAROLI

…HÜTZII

…I WERNIGERODANI

…RECTORIS

… DEPLORANT

…HENAEI PRAECEPTORES.

…ERODAE, cIↄIↄCCLXXXI.

LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
78 N 11 [92]
AK